natham ex ore dei. Et dñs trāstulit peccatū tuū. Sed de mahumeto nō inuenit̄ q̄ dixerit suā culpā. vel q̄ fecerit penitentiā. quā potius addidit sup peccato blasphemā. cōfirmando illud per legē iniquā. Nam sicut certū est oibus sarracenis. mahumetus diligebat quādā dictā mariā iacobinā. q̄ presentauerat ei macōques rex iacobinorū. due aut̄ ex vxoribus mahumeti. s. vna dicta a iesse filia hebiberer nobiliss̄ima int̄ eas. ⁊ haassa filia homar moriebanē zelotipia. Que cū die quadā intrarēt ad eū: inuenerūt dictū mahumetū cōcubētē cū dicta maria ⁊ dixerūt ei Decet ne sic facere. p̄phetam. Qui erubuit ⁊ iurauit se de cetero non cognosciturū eā. Sicq̄ placate sunt ad iuramentū eius. Lūq̄ modicū tēpus p̄transisset nō potuit abstinere ab ea. ⁊ fecit de hoc legē quasi ex ore dei reuelantis sibi. ⁊ tūc induxit sententiā in alchorano in capi. elmearrē. q̄ interpretat̄ vetatio v̄l anathemas q̄ dicit sic. O p̄pha quid petis q̄ deus cōcessit tibi. Placari vxores tuas ex postulas. Nam legē posuit vobis deus: ut soluatis iuramēta v̄ra. sic deiurauit. ⁊ iterū cognouit illā et dixit q̄ deus dispēsauerat cū eo in iuramento. et sup hoc testes sunt michael ⁊ gabriel. Et dixit illi vna de vxoribus. O mahumete deus festinauit in tuo desiderio. Voluit p̄ hoc dicere. forsitā deus in scellere tuo se appropinquit incestus. ⁊ addidit. Nunq̄ deus p̄cepit tibi huiusmōi facere. cum etiā in te ip̄so hoc verboten⁹ detesteris. forsitā querit deus te placare pro huiusmōi ⁊ appropinquet tibi. Ipse vero duabus vxorib⁹ totū legit q̄ sequit̄ in capitulo. vetatiōis. ⁊ ait quasi ex p̄sona dei. Penitemini corā deo quia dclinauerūt corda v̄ra. quasi dicat: de hoc q̄ calūpniare sunt eū de incestu. sequiturq̄ cōtinuo. Si forte de⁹ vos repudiauē detq̄ provobis vxores meliores vobis sarracenas. fideles. locupletes. penitētes. adorātes. laudātes. agiles. ac v̄gines. q̄ audietes dixerūt. penitem⁹. Simile fecit quādo accepit vxorem zeid nutricij sui. dixit sententiā q̄ est in capitulo. elliazeb. q̄ deus dixit ei. Tu celas in anima tua q̄ deus propalat. et formidas homines. sed iustū est q̄ deū formides. Lū enī re-



spuit eam zeith: maritauimus eam tibi o mahumete. Et dixit ei zeith. Nūquid duxisti eā nuncie dei? respōdit. Uebti bi. Deus maritauit eaz mibi. Que postea iactabat se. q̄ de<sup>o</sup> maritauerat eā. illas ⁊ alias parētes earū. Ecce palliauit minus per mai<sup>o</sup>. Nā sic idē mahumetus dicit. nullū est mai<sup>o</sup> peccatū: quam imponere deo mendaciū. Preterea. Si aliquod peccatū esset tollerabile in propheta: minus videtur esse tollerabile: q̄ sit lubricus et immūsus. Cum spiritus sanctus in actu venereo nō tangat corda pphetarū. sicut dicit hieronym<sup>o</sup>. Et philosophus dicit. q̄ in actu illo impossibile est hominē intelligere. Est ergo omnino irrationabile: ut minister ⁊ ppha legis tāte salutis ( ut dicūt sarraceni ) sit homo carnalissim<sup>o</sup> ⁊ imūsus. Qui etiā de hoc se iactat. q̄ tāta sit ei vis ⁊ facultas libidinis data in agēdo: quāta q̄ draginta hoib<sup>o</sup>. cū tamē eū de<sup>o</sup> priuauerit fecūditate filiorū. Nāz vnā solā filiā legir<sup>o</sup> habuisse. Nō est igit lex ista rationabilis ex parte ministri. tū quia sceleratus ⁊ carnalis. tū etiā qz ita iustus ⁊ incertus. Nā ipse testat in alchorano. q̄ nescit quid erit de ipso. vel de sarracenis. Et etiā nescit. vtrū ipse vel ipsi sint in via salutis vel nō. Nec etiāz rationabilis est lex ip̄a ex parte sui. tū quia sicut ipse expresse dicit: non est in mūdo qui alchoranū intelligat. Et quō mandauit deus q̄ seruet: si nō dedit q̄ intelligat? Nō est etiā rationabilis ex parte documentorū q̄ cōtinet. Nā sicut dicit in multis locis q̄ deus mādauit angelis: q̄ adorarēt adā. Et q̄ noluerūt: facti sunt demones. Qui autē adorauerūt: remanserūt angeli. Et quō deus mādasset ydolatriā. ⁊ ut alijs dedissent honorem: q̄ soli deo debet. Itē non est rationabilis ex parte documentorū. Nā illud qd̄ est in lege illa maxime ⁊ solū necessariū est ( sicut ipsi dicūt ) q̄ pronūciēt. Nō est de<sup>o</sup> nisi deus ⁊ mahumetus est nūcius ei<sup>o</sup>. Addūt etiā q̄ deus est magnus. Sed q̄ annūciatio est ista: Nō enī aliquis ratione vtens dicit. q̄ deus sit paruus. Preterea. Ista expositio. Nō est de<sup>o</sup> nisi deus: est vera per se. ⁊ anullo ei cōtradictif. siue sit vnus deus: siue etiāz essent plures dij. Est enī vera talis replica

tio de omnibus. quia non est angelus nisi angelus. non est homo nisi homo. non est asinus nisi asinus. quia bos et canis non est asinus. Ista vero ⁊ mahumetus est nūcius dei: est valde dubitabilis. Que est igitur ratio diuisionis vni<sup>o</sup> propositionis per se note. ⁊ alterius per se innote? Aut que virtus siue vtilitas hoc confiteri. ut quicūqz confitent hoc de necessitate saluent. Preterea. Mahumetus in lege sua dicit. q̄ homies oēs erāt vnū. et vna secta. ⁊ vnus ritus: sed de<sup>o</sup> diuersificauit eos mittēdo diuersos pphetas. Sed hoc nec apparētia habet. quia de<sup>o</sup> qui est maxie vnus. ⁊ maxime diligit vnitatē ⁊ salutē hominū: nō diuersificasset eos p tā diuersas sectas ⁊ errores ⁊ pditiones. sed hoc fecit inuidia diaboli: ⁊ malicia hominū ex permissione dei. ut quia noluerunt credere veritati: permittat eos subijci diuersis erroribus. Preterea. Mahumetus mādat in predicta lege quasi ex ore dei. q̄ occidant increduli. i. qui non sunt sarraceni. Quā tamē dicat de ipsis. q̄ nunqz possunt dirigi nisi a deo: et deus nō eos dirigat. Sed incōueniens est q̄ occidant pro eo q̄ nullo modo possunt aliud. Cum etiā si possent aliud: non deberent cogi. Quia deo non placent coacta seruitia. Hoc autem scilicet q̄ occidant. nisi credant. vel q̄ aliquo modo credere cōpellantur: etiā ipse mahumetus ( qui precipit ) irrationabile iudicat et incōueniens. Dicit enim in capitulo de iona. Si vellet deus: omēs homies crederent qui sunt in terra. et tu cogis eos ut credant. Et nemo potest esse fidelis: nisi ei largiatur a deo. De hoc etiam latius prosequemur infra in capitulo. x. Est etiam irrationabilis lex ip̄a de his de quibus tractat. Facit enim speciale capitulū de fornicā. ⁊ aliud de fumo. ⁊ aliud capitulū de aranea. Sed quare deus talia mandasset hominibus de fornicā. ⁊ fumo? Preterea. Lex illa est irrationabilis de lotionē quam mandat. Precipit enim q̄ quando volunt orare: lauent manus ⁊ cutū. ⁊ vētrē. et plātas pedū. et faciē. et brachia vsqz ad cubitū. Si autē nō iueniāt aquā: intigāt man<sup>o</sup> suas in puluerē. Et postea fricādo man<sup>o</sup> puluerosas per faciē: puluerizent faciē





suam. Hec quidē locio irrationabilis est. et magis esset ratio  
nabile quod lauaret cor. iuxta illud ieremie decimo. Laua a ma-  
litiā cor tuū. Puluerizare autē faciem: quod rationis potest  
habere: ymo quāto lotio ē rationabilis: tāto puluerizatio  
et fedatio est inconueniēs et irrationabilis. Maxime autē  
videt lex ipsa irrationabilis de modo repudiandī vxorem.  
Potest enim sarracenus repudiare et reconciliare vxorem  
quoties ei placuerit vel displicuerit. Ita tamē quod post tertīā  
repudiationē: nō potest eam reconciliare. nisi vnus alius car-  
nalis cognoscat eā: et si cognosceret eā mēstruosā: oportet vt  
cognoscat sine mēstruis. quod si etiā cognouit eā beretro nō be-  
ne erecto: oportet vltius quod cognoscat eam bene rigido  
membro. Unde quādo illi volūt facere talē reconciliationē  
dant precīū vni ceco vel alteri persone vili: vt illā mulierē  
cognoscat. et postea hoc publice testet. et dicat quod eā vult re-  
pudiare. quod si fecerit primus potest eā sibi recōciliare. Aliquā-  
do autē tantū sibi cōplaceāt secundi: quod nolunt separari. Et  
tūc primus (amisso precio et vxore sua) spe frustatur. O lex  
nō tam hominib⁹ quā bestijs ratioe carētib⁹ attribuēda.  
nō deo quod disponit oīa rationabilē. Maxime autē irrationa-  
bilis est lex ipsa ex parte finis et premiij quod pmittit. Dicit  
enim per totū alchoranū. quod beatitudo sarracenoꝝ est habe-  
re ortos irriguos: et vxores et concubinas. multas puel-  
las verecundas et pulchras. vestes purpureas. ciphos au-  
reos et argenteos discurretes p mensas: comestibilia opti-  
ma. Hec maxime cōnumerant in capitulo. arrahamē. quod in-  
terpretat miserator. In libro autē de doctrina mahumeti quod  
ē magne auctoritatis exposuit ordinē comestionū. Et dicit.  
quod primū ferculū quod preponet: ibi ē iecur piscis. albebuch. ci-  
bus sūme delectabilis. Et postea succedēt fruct⁹ arborū  
Et infra in eodē. cū quererent ab eo si luxuriabunt. Respon-  
dit. quod nō esset beatitudo si aliq̄ delectatio deesset ibi. ymo cū  
eta esset frustra: nisi et voluptas luxurie sequeret. In h̄ autē  
est tota intētio alchorani et toti⁹ secte sarracenoꝝ. quod beatitudo  
cōsistit p̄cipue in actu gulae et luxurie. et ista nō dicit quod si p̄ simi-

litudinē vel exēplū sic etiā in sacra scriptura fit mētio de ci-  
bo et mēsa in vita btā. Nam de vera beatitudine et de visioe  
dei. et perfectioe aie. nullā omnino mētionē fecit mahumet⁹.  
Et nec desiderauit neq̄ apprehēdit ea. Sed sola quod desidera-  
uit promisit. In hoc enī aptissime ostēdit se esse contrariū xp̄o  
et oībus p̄ph̄is et oīb⁹ philosophis: et oībus ratione vtētib⁹  
qui oēs cōmuniter cōcordāt. quod vltima hoīs felicitas sit in-  
cognitionē dei. iuxta illud quod dicit ioh̄. xvij. Hec est vita eter-  
na vt cognoscant te solū verū deū. et c. Et aristot. dicit in. x.  
ethico. et in. xij. methaphi. quod vita que est secūdu intellectū est  
optima. Igitur gulosa et luxuriosa est pessima vita. quod impedit  
bonū intellectus. Sed quia ipsi sarraceni nō recipiūt acto-  
ritatē sacre scripture: nec etiā philosophoꝝ p̄pter rationes  
supradictas. in capitulo p̄mo recurrendū est ad rationē quā  
ipsi licet irrationabiles totalī negare nō possunt. Sicut igitur.  
ratio actoritas sine qua nihil valet actoritas. et ostēdetur quod  
neq̄ in actu gulae neq̄ in actu luxurie est felicitas hoīs. nec  
illa etiā erunt ibi. Constat enī quod cibos ad hoc sumim⁹ vt cor-  
ruptio quod possit accidere ex consūptioe naturalis humiditatis eui-  
retur. Et etiā ad augmentū. sed ista duo non erūt ibi. nā oēs  
in debita quātitate resurgēt. nec amplius poterūt mori. nec  
aliquo mō deficere. Nā sicut dicit mahumet⁹ in sua doctri-  
na. Postquā omnia mortua fuerint deus occidet mortē. et po-  
stea resurgēt i mortales et integri. Ergo cibi sumptio nō erit  
necessaria aliquo mō. Et eodē modo vsus venereoꝝ. quod nec  
nūc est necessari⁹. nisi ut cōseruet in sp̄e: quod nō pōt cōseruari  
in indiuiduo. Adhuc hoīes resurgētes in perpetuū viuēt. er-  
go si cibos semp vterent in infinitū angebunt eorū corpora.  
aut erūt ibi egestiōes et alie feditates ut tūm resoluat quātū  
cōuertit quorū vtrūq̄ est in oueniēs. Ad h̄ rīdet mahume-  
tus i libro de sua doctrina dicens. quod nō erit ibi egestio sordidū  
sed purgatio p sudorē. et ponit exēplū de puero in vtero ma-  
tris qui ut dicit nutrit⁹ et nō egerit. sed exēplū et ratio ei⁹ nihil  
soluit sicut patet inspicīeti. nā quedā sunt de perfectioe imper-  
fecti que in re perfecta essent imperfectio magna. Amplius



Si usus venerorū esset sibi. nisi esset frustra: sequeretur etiam  
quod erit hominū generatio sicut et nūc. Adulti ergo homines  
erūt post resurrectionē: qui ante resurrectionē non fuerunt.  
Frustra igitur tantū differtur resurrectio mortuorū: ut omēs  
simul vitā accipiāt qui eandē habēt naturā. Preterea. Si  
beatitudo est in luxuriando. in habendo multas vxores: illi  
qui post resurrectionē generabunt: non poterūt esse beati  
nisi accipiant multas vxores. Non poterunt autē accipere  
nec miseras nec felices. ergo oportebit quod expectēt quousque  
nascent alie plures. Et sic oportebit quod nascent multe femi  
ne et pauci viri. et sic breui tēpore erit regnū feminarū. Pre  
terea. Si post resurrectionē erit hominū generatio. aut igitur  
illi qui generabunt iterū corruptentur. aut in corruptibiles  
erūt et imortales. Si autē non erunt corruptibiles: sequen  
tur in conuentia. tū quia erit multitudo infinita. tū quia quo  
rum erit similis generatio: nō erit similis generatiōis termi  
nus. Homines enī per generatiōē quā est ex semine: nūc quī  
dem cōsequuntur corruptibilem vitā. tunc autē imortalē. Prete  
rea. Omne generabile est corruptibile. Quā generatio et cor  
ruptio sint contraria: et circa idē. Sic autē homines qui tūc  
nascent: corruptibiles erūt et morientur. Et si iterato non re  
surgunt: sequetur quod eorū anime perpetuo remanebūt a corpori  
bus separate. Quod est incōueniens: cū sint eiusdem speciei cum  
animab⁹ hominū resurgentiū. Si autē et ipsi resurgent: debu  
it etiā eorū resurrectio ab alijs expectari. ut simul omnib⁹ qui  
naturā participāt: beneficiū conferat resurrectionis. Pre  
terea. mahumetus vnā tantū ponit diē resurrectionis. et vnā  
resurrectionē. scilicet in fine mundi in diē iudicij. de resurrexione  
autē illorū. vel de generatiōe: nullā omnino mentionē facit.  
Preterea. Nō videtur aliqua ratio esse quare aliqui expectē  
tur ad simul resurgendū si non oēs expectent. Si quis autē  
dicat. quod resurgentib⁹ erit usus ciborū et venerorū non pro  
pter conseruationē vel augmentū corporis. nec propter con  
seruationē speciei vel multiplicationē hominū: sed solū pro  
pter delectationē quā in illis actib⁹ existit. nec aliqua delecta

tio hominib⁹ in vltima remuneratione desit (sicut expresse  
dicit mahumetus in libro de sua doctrina.) patet quidē mul  
tiplicit̄ hoc incōueniēter dici. Primo quidē: quia vita re  
surgentū ordinatio erit quā vita presens. In hac si quidē vt  
ta in ordinatū est et viciosum est: si quis cibis et veneris vt  
tur propter solā delectationē. et non propter necessitatē sustē  
tandi corporis vel prolis procreande. Et hoc rationabiliter  
Nam delectationes que sunt in premissis actionibus: non  
sunt fines actionū. sed magis ecōtra. Natura enī ad hoc or  
dinatū delectationes in istis actibus: ne animalia propter la  
borem ab istis actib⁹ necessarijs nature desisterēt. quod con  
tingeret: nisi delectatione prouocarent. Est igitur ordo prepo  
sterus et indecens si iste operationes propter solas delecta  
tiones exercent. Nullo igitur modo hoc in resurgentib⁹  
erit. quorū vita ordinatissima ponitur. Non erit igitur in  
futura felicitate usus talium actionū. multo igitur min⁹ in  
talibus est futura felicitas. alias enim quid prohibeat ani  
malia bruta esse felicia. que in predictis actionib⁹ nobiscum  
cōmunicant. Preterea: si in istis actibus erit vltima homi  
nis felicitas (vt mahumetus expresse videtur dicere.) quid  
ergo oportet nunc abstinere ab istis et non magis die ac no  
cte luxuriari et comedere: ut et hic etiā felices simus. Sed a  
pud omnes homines etiā apud sarracenos reputatur vir  
tuosius abstinere ab his. et ipsi etiam habent viros contem  
platiuos: et continentēs quos maxime laudant. Sed quia  
stulticia est cum homine qui omnino ratione caret. multū ra  
tionabiliter loqui: liceat nobis stultizare cū his et dicere. Si  
in his actibus est vltima felicitas hominis. quid faciet aīa  
separata ante resurrectionē que nec comedere nec luxuria  
ri poterit: nec etiam angeli vnquā poterunt esse felices: quia  
istis omnino carent. Preterea. Si in habendo multas vx  
ores et infinitas concubinas: et adolescentulas: est vltimo  
rum viroꝝ felicitas. Mulieres nunquā poterunt esse fel  
ices nisi habeant multos viros. Sed rursus. quomodo po  
test esse beatus. cui⁹ vxor habet multos viros? Erit igitur. aut





mulier felix et viri infelices: aut vir felix et mulieres et adole-  
scentule eius misere. Sed quod potest esse beatus cuius tota familia  
est misera et infelix. Rationabilius est dicendum quod omnes tam vi-  
ri quam mulieres eorum infelices erunt et miseri. Hec quasi per dis-  
gressionem hic dicta sufficiant. ad ostendendum quod lex ista est irra-  
tionabilis ex parte finis et premii quod promittit. Est etiam irratio-  
nabilis ex parte multorum aliorum quam in lege illa continentur. sicut  
sibi frequenter inducit quod deus iurat per verbum fidelem. et quod deus  
iurat per ficetum et oliuetum. sicut expresse patet in capitulo. el-  
tyim quod interpretatur. ficus. homines autem per maiorem sui iurant:  
ut per deum vel per sanctos. deus autem quia maiorem non habet  
per quem possit iurare consuevit iurare per semetipsum. sicut di-  
xit ad abraham. ut habetur in gene. quod autem iuret per ficetum  
et oliuetum frivolum videtur et omnino irrationabile.

## Capitulum nonum quod lex sarrace-

nonum non est lex dei quia continet falsitates apertas.

¶ Non considerare oportet quod lex ista non sit lex  
dei quia continet falsitates apertas. Deus  
enim est prima et summa veritas a quo non po-  
test dici aliqua falsitas. In alchorano autem  
dicitur in capitulo. ione. dic quis diligit verita-  
tem: et respondit. dic deus diligit veritatem: et qui  
diligit veritatem est veritas et convenit imitari eum: et post. Cer-  
te non convenit legi dei ut dicatur aliquid sine deo. sed falsum  
et mendacium dicitur sine deo. Nam sicut dicit augustinus. si in eu-  
angelio inveniret una sola falsitas eadem ratione totum euangelium  
suspectum haberet et reputaretur falsum. alchoranum autem mul-  
ta continet vera que habentur in euangelio et lege et prophetis.  
sed ipse mahumetus de suo tot manifeste falsa intersit. quod  
totum vere suspectum et falsum reputari debet. et opus illius qui  
mendax est et pater eius. ¶ Reducunt autem principales falsi-  
tates eius ad decem genera. Dicit enim falsa de se ipso. De  
christianis. De iudeis. De apostolis. De patriarchis. De demoni-  
bus. De angelis. De virgine maria. De christo: et de deo. De

se quidem dicit. quod est finis et sigillum et silentium omnium propheta-  
rum. Et mandat quod occidat quicumque post ipsumasseruerit se esse  
prophetam. Sed nunquam. abbreviata est manus domini. quod non possit  
post eum alteri dari spiritus prophetie. Et quidem non solum christiani et iu-  
dei. sed etiam sarraceni dicunt. apud eos multos fuisse post eum:  
qui habuerunt spiritum prophetie. et etiam receperunt in balda-  
cho prophetam quandam qui vocabatur solen. quod interpretatur sca-  
la. quem tartari occiderunt. et cum eo sarraceno-  
rum multitudinem non parvam. De se etiam dicit et lactat se quasi ex persona dei: quod si con-  
gregarentur omnes homines et omnes angeli vel spiritus: non  
possent facere tale alchoranum qualem est iste. Aut enim ipse intel-  
ligit. quod non possunt facere: et cum adiutorio dei: tunc est manife-  
sta blasphemia. Aut intelligit quod non possunt facere sine dei ad-  
iutorio: et tunc vana assertio est: quod hoc est per se notum falsissimum  
De christianis autem dicit. quod ipsi dant deo participem. quod manifeste fal-  
sum est. Dicunt enim christiani per totum mundum. quod deus est unus et  
simplicissimus. Preterea. Dicit in capitulo. del tenbe. quod  
interpretatur penitentia. quod christiani deificat episcopos suos et  
pontifices et religiosos. quod falsum est. Hoc autem dicit mahu-  
metus sicut ignarus lingue. Nam christiani. chaldei. et omnes orientales  
christiani. vocant episcopos et religiosos (causa honoris)  
raban. quod interpretatur magister vel maior meum. in lingua ve-  
ro arabica. rab. est nomen dei. quod interpretatur dominus absolute. et  
de solo deo intelligitur. sic etiam apud nos: quoniam dicimus. theos.  
Credidit igitur mahumetus: quod christiani vocarent eos deos. Pre-  
terea. ipse dicit de christianis. quod deificat maria. et inducit in ca-  
pitulo. elmeyde. quod interpretatur mensa quasi si christus se excuset apud  
deum: quod non dixit mundo quod mater sua esset deus. Et certe neque  
christiani dicunt. scilicet quod beata maria sit deus vel dea: sed dicunt quod fuit  
purissima mulier. Nam euangelium eam non deam vocat vel ange-  
lam sed mulierem. Preterea. Ipse inducit in capitulo. elmey-  
de. quod interpretatur mensa. de christianis et etiam de iudeis. quod ip-  
si non sunt filii dei nec amici dei. quod probat per hoc quod affli-  
gunt (ut dicit) pro peccatis. Sed ista est manifeste falsa. Nam  
multe tribulationes iustorum. Et sicut apostolus dicit ad he-

breos. Flagellat deus oēm filiū quē recipit. alias tñ et iusti  
z impij flagellant a deo. Nā et ipi sarraceni grauissime fla-  
gellati sūt a tartaris q legē nō hēnt. De iudeis aut dicit pre-  
dictus mahumet<sup>9</sup> in ca. del tenbe. qd̄ interpretat. premia. q  
ipsi deificāt. eleazar. z dicūt q ipse est dñs. i. filius dei. Hoc  
aut est manifeste falsum. qz iudei nullū hoīem deificant ne c  
dei filiū dicūt. Preterea. in ca. elnasa. qd̄ interpretat multe  
res dicit. q ipi iudei dicūt. q occiderūt xpm̄ iesum filiū ma-  
rie nūciū dei. hoc est expresse falsū. Nō enī iudei dicūt iesū  
xps̄ filiū dei: nec eū fuisse nūciū dei. s; malū hoīem: z asserūt  
se occidisse eū pro pctō blasphemie. De apostolis aut dicit  
in capit. amrā. q fuit pater moyssi. q ipsi protestati sunt z os-  
xerunt xpo. q ipsi erāt sarraceni z immitatores legati vel nū-  
cij. i. mahumeti. Hoc expresse est falsum. Nā xps̄ z apostoli  
fuerūt ante mahumetū sexcētis annis. Mahumetus autē  
surrexit tpe eraclij q incepit regnare anno dñi sexcentissimo  
o ecimo. Unde nō dū sunt septingēti anni. q mahumetus fu-  
it. Et sunt mille ducenti z amplius q fuerūt xps̄ et apli. Et  
quomō potuerūt xps̄ z apli esse sarraceni z immitatores ma-  
humeti? Cui ex pte dei preceptū ē ( sicut ipse in alchorano di-  
cit in ca. eltannar ). q sit sarraceni<sup>9</sup> p̄mus. Sarraceni<sup>9</sup> er-  
go incepit a mahumeto. Apli ergo neq; immitatores potue-  
rūt esse illi<sup>9</sup> quē precesserūt sexcētis annis. vel si ipsi fuisset  
sarraceni: ipse nō potuit esse prim<sup>9</sup>. De patriarchis aut idem  
asserit mahumat<sup>9</sup>. Dicit enī in plurib<sup>9</sup> locis in alchorano. q  
Abrahā. ysaac. z Jacob. z filij eorū fuerūt sarraceni. Idem  
aut dicit de Noe. s. q fuit sarraceni<sup>9</sup>. z q p̄pterea venit dilu-  
uist i mūdo qz ipse p̄dicabat hoibus q fierēt sarraceni z ipsi  
renuerūt. Istud aut apte falsū est. Quomō enim noe potuit  
eē sarraceni<sup>9</sup>: q p̄cessit mahumetū p̄ duo millia z qngentos  
annos? Cū ipse mahumet<sup>9</sup> dicat: se fuisse primū sarraceniū de  
mūdo. Nec possūt dicere sarraceni. q abrahā z noe fuerūt  
sarraceni. qz de ipis nati sūt sarraceni. Hec enī expositio est  
cōtra alchoranū vbi dicit. q abrahā nō fuit xp̄ianus. et non  
fuit iude<sup>9</sup>. s; sarraceni<sup>9</sup> purus. Cōstat enī. q sicut de abrahā

nati sūt ipi sarraceni: ita de eo et de noe nati sūt iudei z xp̄ia-  
ni. Dicit etiā sarraceni. q de<sup>9</sup> p̄misit mahumeto. q nullus  
intraret paradysū aī ipm̄. Et post hoc assumpsit eū dñs z du-  
xit in paradysū. z vidit viros z mulieres plures z ait. Quid  
est dñe? Et dñs ad eū. Nō mireris qz isti sūt imitatores tui  
Cōstat aut q nō potuerūt esse immitatores mahumeti: nisi  
p alchoranū. qd̄ tñ nō fuit reuelatum ante tpa mahumeti. si-  
cut in plurib<sup>9</sup> locis alchorani dicit. Et maxime in principio  
eius dicit. Huius aut fictiōis falsitatē qlibet sapiēs potest  
aduertere. Et ideo nō insisto. De demonib<sup>9</sup> aut: est aut in al-  
chorano speciale capitulū. vbi expresse dicit. q demones in  
magna multitudīne audierūt alchoranū et letati sūt. et testa-  
ti sūt q p ipm̄ poterāt saluari. z dixerūt se esse sarracenos z  
saluati sūt. Hoc aut quantā falsitatē contineat: nō opus est  
ostēdi aliquo argumēto. De angelis aut dicit in plurib<sup>9</sup> lo-  
cis. q adorauerūt adā. z q oēs adorauerunt nisi diabolus.  
Preterea. Dicit idē mahumet<sup>9</sup>. q qñ ipse iuit ad deū cū ga-  
briēle: vidit vnū angelū in celo. q erat maior toto mūdo mul-  
tis mille vicibus. q flebat pctā sua. et ipse impetrauit ei ve-  
niām precibus suis. Et multa alia falsissima. q̄ latius prose-  
quemur in fine op̄is: cū dicemus visionē maxime fictionis  
quā de se asserit. Preterea. videt de angelis expresse dice-  
re. q sint corporei. Dicit enī in ca. gad. et in plurib<sup>9</sup> alijs lo-  
cis. q angeli fuerunt creati de igne. z homo de sceno. Dicit  
etiā in alijs locis. q sint dīensione magni. sicut infra pa-  
tebit. De virgine autē maria. dicit expresse in capitulo. am-  
ram. q ipsa fuit filia amram. Amram vero fuit pater moy-  
si et aaron. In ca. etiā. mariē. qd̄ interpretat maria: expres-  
se dicit. q maria mater xpi fuit soror aaron. et q moyses et  
aaron habuerunt quandam sororem que dicta fuit maria. z  
fuerunt tres filij. amram. si cut patet p̄mo paralī. vj. ca. Sed  
inter istam mariam. et beatā mariam virgīnē matrē domini  
nostri iesu xpi fluxerunt anni mille quingenti. et prima ma-  
ria mortua fuit i deserto. qñ moyses ducebat filios israel p̄  
desertum ad terrā p̄missionis. et nōdū erat edificata roma.





q̄ postea fuit fundata tēpore ezechie regis iude. q̄ fuit post  
per septingentos annos et amplius. Iesus autem xp̄s. fuit  
post ezechia regem natus de virgine maria tēpore octauiani  
imperatoris post septingentos ānos et amplius ab ezechia  
Quo tēpore romani iā habebant monarchiā mūdi. et mitte  
bant reges in iudeā. Unde et cōtestati sunt iudei. q̄ non ha  
bebant regē nisi cesarē. Nota igit̄. q̄ sicut dicit augustin⁹  
ll. xvij. de ciuitate dei. roma fuit edificata tēpore achaz. vel  
secundū alios: tēpore ezechie. Habebat aut̄ populus isrl̄ in  
terra promissiois septingētos decē et octo annos. Ex quib⁹  
viginti et septē pertinent ad iesum nauē. ad tēpus aut̄ iudi  
cum: trecēti viginti et nouē anni. ex quo vero reges ibi esse  
ceperūt: trecēti sexaginta duo anni. a fundatione aut̄ vr̄bis  
vsq̄ ad natiuitatē xp̄i: septingenti quinq̄ ginta duo anni: si  
cut dicit paulus diacon⁹ in historijs romanorū. Permissit  
igit̄ spūs sc̄t̄s mahūetū tā manifeste mētiri: talr̄ q̄ ois hō  
aduerteret falsitatē. De xp̄o vero dicit idē mahūet⁹. q̄ ip  
se nec de⁹ est nec filiū dei. et q̄ ipse xp̄us hoc de se nō dixit  
sed apud deū se humiliter excusauit: q̄ hoc mūdo non dixē  
rat. Istud aut̄ est manifeste falsum. Nā expresse scriptū est.  
in euangelio. io. q̄ ipse dixit se esse filiū dei. et tūc iudei vo  
luerunt euz lapidare quasi de blasphemia. Dixit etiā se esse  
p̄ncipiū. quod proprie cōuenit soli deo. Et ait. q̄ si verba ei⁹  
nollēt credere: operib⁹ crederēt. Ostensum est aut̄ supra in  
tertio capitulo. q̄ sarraceni non possunt dicere q̄ euangeliū  
sit viciatū. et etiā q̄ ipsum euangeliū qd̄ est apud nos tenen  
tur recipere. et vetus testamentū. Ipse etiā mahūetus in  
capitulo. elhabeaf. petit sibi ostēdi auctoritatē libri q̄ scrip  
tus est ante alchoranuz. Preterea. dixit de xp̄o. q̄ ipse nec  
crucifixus fuit nec mortu⁹. sed de⁹ in fine mūdi faciet eum  
mori. et alia infinita falsa. quorū contraria expresse in euang  
elijs et scripturis alijs cōtinentur. q̄ longū esset prosequi.  
De deo vero simpliciter asserit. q̄ nullo modo potest habe  
re filiū: q̄ nō habet vxorē. Et hoc pro efficaci argumēto fre  
quētissime repetit. Hoc aut̄ argumentū simile est: ac si dice

ret. q̄ deus nō est substātia: q̄ nō habet accidēs. vel de⁹ nō  
viuit: q̄ nō comedit nec respirat. Fatua aut̄ et fāstica ē ta  
lis imaginatio: et hoīs intellectu et ratiōe carentis. Nō enī  
xp̄iani dāt deo filiū tanq̄ ex muliere: s̄ sicut ē calor ab igne  
splendor a sole. et verbū a dicēte. Que oīa: nasci vere et ge  
nerari dicunt̄. et nō ex vxore. Filius enim est verbū. et splen  
dor eterni patris. coetern⁹. et consubstāialis. et coequalis ei.  
Sicut enī calor et splendor nō separant̄ ab igne: ignis trī cō  
municat nobis suū splendorē absq̄ calore: vt lumē cande  
le alij vero calores absq̄ splendore. sicut in ferro bene calefa  
cto et nō candēti. sic et fili⁹ dei potuit incarnari absq̄ eo q̄  
pater vel sp̄ritus sc̄t̄s incarnaret: licet in diuisa sint ope  
ra trinitatis. Itē etiā. Filius dei q̄ est verbū dei. q̄ est splen  
dor patris. potuit in creatura sensibili scribi: vt ab hoībus  
legere et sensibiler eius opera viderent̄: et esse carne vni  
tū: et carta idest caro scripta potuit lanari. verbum aut̄ dñi  
manet in eternū. Sicut etiā rex q̄ mitteret verbū suū. et man  
datū suū per regnū in carta scriptū: posset quidē carta cōbu  
ri: sed verbū regis nō cōbureret. Dicūt igit̄ xp̄iani. xp̄m q̄  
est verbū dei esse filiū dei. Et quasi hoc idē dicit mahūet⁹  
de eo: licet nesciēs et n̄ intelligēs. Dicit enī in alchorano. i. c.  
elnasa. qd̄ interpretat̄ mulieres. q̄ iesus fili⁹ marie est ver  
bum dei: et sp̄rit⁹ ex deo. Quare ergo nō dicebat mahūe  
tus. q̄ deus nō potest habere verbū. nec sp̄ritum. q̄ nō ha  
bet vxorē. Querendū est igit̄ a sarracenis. q̄ querant a ma  
hūeto (cū dicit q̄ xp̄s est verbū. et sp̄ritus ex deo.) vtruz  
dicat de sp̄ritu et verbo accidētali vel essentiali idest incre  
ato vl̄ creato. Si de accidētali siue creato: sic nō solū verbū  
et spūs xp̄i ē a deo: s̄ verba etiā aliorū pphazū et aliorū bonorū  
hoīuz. Et in hoc nō est magna comēdatio de xp̄o: quē mahū  
etus intēdit singulariter et sup̄ oēs alios comēdare. Nec  
ppter tale verbū et talē sp̄ritū deus de se pluraliter loque  
retur. sicut in toto alchorano inducitur. Si vero dicat de ver  
bo dei. et sp̄ritu increatorū essentiali: sic vtiq̄ nobiscū senti  
unt. tā de incarnatiōe sua. quam de misterio trinitatis. Pre



terea. Dicit mahumet<sup>9</sup> de deo in ca. elmsimint. q<sup>d</sup> si haberet  
filiū: totus mūdus esset in periculo. Esset enī inter eos scis  
ma. Et hec suppositio est falsissima. Supponit enī q<sup>d</sup> deus  
nō posset habere filiū: nisi malū. et cōtumacē. et inobedientē  
Et nos q<sup>d</sup>dem dicimus. q<sup>d</sup> fili<sup>9</sup> dei est verbū. et ars patris. p  
quē oīa operat. Verbū autē cōceptū et ars operatoris: etiā  
in hoīe nūq<sup>3</sup> discrepat ab intellectu cōcipiente: nisi forte ma  
humet<sup>9</sup> blasphemādo dicat: q<sup>d</sup> deus a se metipso discordat  
in suo intellectu. et sua cōceptio contra dicit ei. Preterea.  
Mahumetus dicit in ca. elchzab. q<sup>d</sup> deus et angeli ei<sup>9</sup> orant  
pro mahumeto. et pro alijs sarracenis. Sed dimittamus de  
angelis. Deus autē q<sup>3</sup> pro ipsis orat: quē orat angelos vel  
hoīes. aut se ip<sup>3</sup>: Sed hoc est falsū q<sup>d</sup> se ip<sup>3</sup> orat. Maxime  
autē scōm mahumetū. q<sup>d</sup> negat incarnationē verbi. neq<sup>3</sup> in di  
uinis ponit distinctionē aliq<sup>3</sup> ruz psonarū. Ponit etiā mul  
ta alia falsa. et impossibilia sicut in ca. elhastiar. dicit q<sup>d</sup> si ex  
pte dei. Si missem<sup>9</sup> hūc alchoranū sup vnū mōtē: videres  
eū cōcisū pre deuotiōe et timore dei. Et in capitulo. elheymar  
q<sup>d</sup> interpretat luna dicit. q<sup>d</sup> luna fuit fracta. Et multa alia q<sup>d</sup>  
longū eēt enumerare. Vnū manifestū pōt eē oībus sapiētib<sup>9</sup>  
q<sup>d</sup> lex illa nō ē a deo: q<sup>d</sup> totz tā patētes otinet falsitates. Pre  
terea. Inueniunt q<sup>d</sup>az absona: q<sup>d</sup> sarraceni p certo asserūt  
et trahunt de alchorano p expositiōes. Habent autē exp<sup>3</sup>se  
illū narrationū mahumeti. et de multis hīc pauca referā. V  
nū dicit q<sup>d</sup> celū creatū fuit de fumo. et fum<sup>9</sup> de vapore maris  
et mare de mōte quodā q<sup>d</sup> vocat. caf. q<sup>d</sup> cigit totū orbē. et susti  
net celū. Dicit etiā. q<sup>d</sup> sol et luna erāt eqlis luminis et virtu  
tis. et nō erat dīstinctio inter diē et noctē. Quadā autē vice vo  
labat gabriel. et accidit vt ala sua tāgeret lunā. q<sup>d</sup> obtenebra  
ta ē sicut mō cernim<sup>9</sup>. Preterea. Dicit. q<sup>d</sup> nat<sup>9</sup> ē sus de ster  
core elephātis. et mus de stercore porci. et cat<sup>9</sup> de frōte leonis  
Q<sup>d</sup> narrat in hūc modū. Nā cū eēt noe in archa cū filijs et  
aiālibus: q<sup>3</sup> ibāt ad secreta nature: inclinabat archa. et ma  
xime q<sup>3</sup> ibat elephas. Et cum vehemēter timerēt: cōsaluit  
noe deū. Quisq<sup>3</sup>. Vade et iclīna culū ei<sup>9</sup> ad foramē stercorea

rie. Et fecit sic. Et stercoiz auit: et natus est sus grādis satis  
Lū autē rostro fossorio grolaret feces (vt solet:) natus est  
mus. et cepit rodere tabulas arche. Et tūc maxime timuerūt  
Et subito dōno: noe percussit leonē in frōte. et egressus est cat<sup>9</sup>  
p nares eius. Et hec est causa (vt dicit:) q<sup>d</sup> re caro porci est il  
licita. Dicit iterū in eodē. q<sup>d</sup> deus in fine mūdi occidet oēm  
creaturā. etiā angelos et archāgelos. et nihū remanebit viuū  
nisi deus et mors q<sup>d</sup> est q<sup>d</sup>dam angelus q<sup>d</sup> dicit adziel. Et tūc  
precipiet de<sup>9</sup> adziel: q<sup>d</sup> occidat se ip<sup>3</sup>. Quo facto: dōns insul  
tabit voce grādi. et dicet. Vbi sūt satrape mūdi. et pncipes  
Et post hec resuscitabit oīa et c. Ipse etiā mahumetus fecit  
librū: vbi scripsit duodecim millia verba stupēda. Et cum  
admirantes quererēt: vtrū oīa illa essent vera: respondit. q<sup>d</sup>  
solū tria millia veritatē habebāt. alia vō oīa falsa erāt. Lū  
igī in predicto libro aliqd falsitatis deprehēdit: dicit sar  
raceni. q<sup>d</sup> hoc dixit mahumetus. s. q<sup>d</sup> nō erāt oīa vera. et istd  
est de illis. Residuū vero totū semp in suo robore pseuerat.  
Ita etiā credo q<sup>d</sup> faciūt sarraceni de alchorano: q<sup>d</sup> licet i eo  
multa falsa et mēdacia deprehendant: tū ppter q<sup>d</sup>ā vera q<sup>d</sup>  
cōtinet quasi verbū dei ab eis collitur. Et super<sup>9</sup> dictum  
est: q<sup>d</sup> si in euangelio vnum solum verbum inueniretur: (q<sup>d</sup>  
quidem absit de euangelio vt dicit augustin<sup>9</sup>.) causa iusta  
esset: q<sup>d</sup> totum euāgelium friuolū reputaretur et vanū. Ego  
autem pro certo comperi. q<sup>d</sup> maxime litterati et sapiētes in  
ter sarracenos: dictis alchorani nō adhibent fidē. sed fictio  
nem doctrine aduertunt. Lūius q<sup>d</sup>dem signū est: q<sup>d</sup> ipsi cuz  
alijs sapientibus renuunt publice disputare (sicut experi  
mento ego pbauī.) et ipsum alchoranū nollūt adduci in pu  
blicū. Dolēt. n. vehemētissime: cū ab alijs legūt. et nullo mō  
volūt: q<sup>d</sup> in linguas alias et lras trāsserat. Scim<sup>9</sup> enī q<sup>d</sup> verū  
aurū. nec limā timet. nec peragonē nec etiā ignem. Et ideo  
christiani quia de veritate confidūt. q<sup>d</sup> fortissima ē. et manet  
in eternū: libenter cū alijs nationibus de euangelio confe  
runt. gaudentq<sup>3</sup>: cū ab alijs nationib<sup>9</sup> legūt. et desiderāt: q<sup>d</sup>  
c iij





omnib' publicetur. et in linguas alias transferat. Et nō solū scripturis: sed etiā picturis et celaturis publice xp̄i passiōnē oñdūt. Quōd ab alijs natiōib' ludibriū et ignomia reputat

## Decimū capitū. in quo ostēditur q' lex sarracenorum nō est lex dei: quia violenta.

Et de venientibus ab ipsa legem.



Decimo cōsiderare debem' q' alchoran' nō sit lex dei: q' est violēta. Et ut breuiter dicamus. Lex ista potest dici lex occisionis et mortis. non solū q' ducit ad mortē eternā: sed etiā quia cogit hoīes p' mortē et occisionē corpora: q' hoc credāt q' in ea dicit'. In alchorano. n. in capitu. albechera. q' interpretat' vacat. dicit' Quōd in lege dei nō est cōpulsio. et q' iā diffinitū est etiā ab initio. Nō est autē maior cōpulsio: q' p' occisionē. ergo lex illa q' per occisionē cōpellit: nō est lex dei. Ipsi autē sarraceni vocant eā anthonomatice. diuelleffalē. q' interpretat' lex saluationis. cū pprie (ut dictū est.) deberet dici lex dānatiōis et occisionis. Et hec sola via fuit accommodata tali legi. et tali legislatori: ut timore mortis corporalis consentirēt legi mortis eterne. sicut ecōtrario: xp̄iani contēnētes tēporalē mortē consequunt' vitā eternā. Videns igit' mahumetus. uel poti' alumn' suus. s. diabol': q' illa lex discordabat ab oī lege dei noua et veteri. et q' erat etiā dissona sibi ipsi. et q' sine miraculo. et sine rōne. et q' falsitates aptas otinet. et ex hoc debebat habere multos cōtradictores: dedit ipsi mahumeto cōueniens instrumētū. s. gladiū ad occidendū. Et ipse sup hoc dedit in lege mandatū: q' occiderent cōtradictētes et etiā nō credentes. Et ideo: nō iā in vno cap. dicit': sed in toto libro. quasi vniuersalit' mādat. Occidite. occidite. Et hec est plane via cōtraria xp̄o. q' mādat diligere inimicos. orare pro psequētibus. bene facere ledētibus se. Hic mahumetus fuit antixp̄i p̄cursor. q' filio pditiōnis viā p̄parauit in mūdo. Que via et modus. quantū sit irrationabilis: patuit super' in. viij. cap.

Nā sicut dicit aug': cetera potest hō (etiā nolens) credere aut nō pōt: nisi volēs. Dicit ergo ore eo q' cogit: credo. corde aut: minime credet. cū tñ dñs cor maxie requirat ab hōe iuxta illud. fili' prebe mihi cor tuū. Adduct' fuit ad mahumetū patru' ipsi': ut esset sarracen'. Qui ait. Quid nā erit sibi nō fecero: o fili' fr̄is mi'. Qui mahumet'. Interficiā te patre. Qui dixit. Nō pōt aliud esse: Nō inqt. Et ait. Sequere sup quo volueris. lingua tñ: nō corde. et hoc timore gladij domea etiā fili' cathedinaadi (cū compelleret) ait. Dñe. tu nosti. q' nō efficioz sarracen': nisi timore gladij. Etiā filius elbihasida timore gladij fact' est sarracenus. An lras misit ad mesques: q's mulier abscōderat inter capillos capitis sui nūciās ei aduentū mahumeti: ut cauerēt violentiā doctrine ipsius. Notādū est autē q' q' tuor sunt ptes tenentiū mahumeti errorē. Prima pars ingressa sarracenisimū est: illorū q' per gladiū intrauerūt: sic dictū ē. Et nunc filij eorum cognoscētes errorē respicerēt: nisi gladiū formidarēt. Alia et secūda est illorū q' decepti a diabolo: credūt esse vera q' falsa sunt Tertia est: illorū q' a pgenitorū errore discedere nollūt: s; dicit se velle tenere q' patres eorū tenuerūt. A quorū patru' potius recedūt sentētia: q' pro ydolatria qm tenebāt: mahumeti minus malā elegerūt sine dubio. Quarta pars est: illorū q' ppter laxiorē vitā in vxorū multitudīne. et alijs cōcessis licētis: istā infelicē vitā plus q' eternitatē alterius seculi dilexerūt. Et cū istis etiā cōsentirēt illi q' apud sarracenos: sapientes et litterati dicunt. nō q' credūt illā legē verā uel bonā esse simpliciter: sed quia vehemētia delectatiōis absorbet iudiciū ratiōis (ut dicit sapiēs) per quē modū etiā litterati multī xp̄iani nō seruāt legē euāgelij: quā tamē credūt simplicitē verā et bonā esse. sed poti' imitant' viā alchorani: quā tñ in veritate credūt fictionē esse. huius autē signū est in vtrisque quia cū aliqui sarraceni efficiant' xp̄iani: et alij xp̄iani efficiantur sarraceni: xp̄ian' nūq' efficit' sarracen' in morte: sed in vita. Sarracen' autē poti' efficit' xp̄ian' in morte: q' in vita. Igit' quilibet eorū magis eligit mori xp̄ianus: q' sarracen'.



nisi predicta violentia retrahat. Tria vero sunt expressa signa violentie legis predictae: absque eo quod dictum est, quod toties dicitur et mandat occidite. Unum est: quia mahumet<sup>9</sup> dixit eis, quod tantum duraret lex illa: quantum duraret eis victoria armorum, et potentia temporalis. Sed certe, sicut dicit crisostom<sup>9</sup>, talis est veritatis natura: quod a multis in pugnata fortius inualefcit. Sicut e contrario. Falsitas promota per multos: in semetipso deficit. Veritas igitur non indiget fulcramento potentie temporalis, et maxime veritas domini quam manet in eternum. Lex enim christianorum tempore persecutionis, (quam duravit, ccc. x. annis continuis) maxime fuit promotam, et numero fidelium et euentia miraculorum. Secundum signum violentie predictae est: quia quando ipsi conveniunt ad predicationem: et ut lex exponat eis: magister sarracenorum (quod debet proponere verbum) primo denudat enses, et denudatum tenet in manu dum predicat, vel ponit in loco eminenti ad terrorem. Christiani vero dum predicant: non enses, sed crucem eleuant, ad ostendendum non signa violentie: sed innocentie, velut boves qui mittuntur a christo sicut oves in medio lupo. Tertium vero signum: est occisionis et violentie, quia ipsi soli sarraceni nutriunt assissimos occisores hominum quibus ex ipsa occisione activa et passiva permittunt vitam eternam, et mittunt eos per mundum: ut perditione occidant principes mundi. Nam huiusmodi assissini: habent castra et fortalitia sua circa montem libani, et sunt obediētes soldano babilonie qui est caput sarracenorum, et ipsi: ritu et lege sunt sarraceni, et non vocantur assissini a sarracenis: sed vocantur hysmahelite, quasi radix et stirps sarracenorum, et principales defensores: et conservatores legis mahumeti. Ad hoc enim singulariter instruuntur et nutriuntur: ut occisionem exercent, hoc scelus horret non solum christiani qui legem sanctissimam habent: sed etiam tartari, qui nullam legem se dicunt habere: nisi legem nature. Ex his igitur apte patet: quod lex sarracenorum est occisionis et violentie. Est autem violentum: cuius motus est ab extra: nichil conferente vim passivo: ut dicit aristoteles. Et ex consequenti patet: quod lex ipsa non est lex dei.

## Undecimum capitulum ostendit

quod lex predicta est inordinata.

Undecimo considerandum est, quod alchoran<sup>9</sup> non est lex dei: quia est inordinata. Quae cumque sunt a deo: ordinata sunt, ut dicit apostolus. Et hoc videmus tam in operibus nature: quam in scripturis sacris. Certissimum autem est non solum christianis: sed etiam sarracenis: quod lex moysi, et prophete et euangelium sint a deo. Hec autem omnia: ordinata sunt. Nam moyses ordinatissime incepit a creatione mundi, deinde persecutus est ordine temporis et historie totum pertheuicum. Alii etiam prophete ordinatissime processerunt, et ordine temporis, ostendentes quo tempore, vel sub quibus regibus, vel ordine historie vel a dominis semper ordine materie. Euangelium etiam ordinatissime procedit ordine temporis, et historie, et materie. Incipiens ab incarnatione et natiuitate christi, deinde de vita et doctrina et miraculis: postmodum de morte et resurrectione et de ascensione christi. In alchorano autem omnino nullus est ordo. Nec ordo temporis. Non enim dicitur sub quibus regibus, vel quo tempore. Nec ordo historie. Nam primum capitulum a quo incepit: dicitur rubrica vel apertio libri. In quo conuenienter sine dubio incepit ab oratione, et laude dei: sed immediate post breuem orationem profertur opus. Et est capitulum secundum de vaca rufa, quam immolauit moyses: cuius historia est in leuitico. Tertium capitulum est de familia amram, qui fuit pater moysi, cui multa de christo interserit, et dicit, Quod virgo maria fuit soror moysi et aaron. Et statim sequitur capitulum quartum de mulieribus, et sic de alijs, ita inordinate: quod non est homo in mundo qui posset de ordine historie et capitulorum reddere rationem. Nec ordo materie. Nam nunquam vnam materiam profertur ordinate, sed statim de vna materia se transfert ad alias omnino extraneas: recte sicut arrepticus. Nec ordo argumentationis, vel alicuius probationis. Sed tota doctrina est ex suppositione, et ponit vnam propositionem per se veram, et ex illa concludit quaedam aliam: quam nihil habet facere cum ea, sicut frequenter sine dicit, quod deus est excelsus, et bonus, et alchoran<sup>9</sup> est lex





saluationis. et qd deus est deus. et qd nullus est alius deus: nisi deus. et mahumetus est propheta veridicus. Sed que est ista conclusio. qd mahumetus sit veridicus seruus dei: qd deus est deus. Et sicut in capitulo. elmeyde. qd interpretat mensa. dicit. Constituit vobis dñs domū elharā. i. vetatiōis hec est domus meche. et mēsem ieiunij sarracenissimi. et hoc vt sciatis: qd deus nouit q̄ in celis et q̄ in terris sunt. et deus est noscēs omne qd est. Sed qs vel fatuus dubitat: qn deus scit oīa. Sed esto qd dubitet. Qualis est hec cōsequētia. qd dom⁹ meche. et ieiunū mensis sarracenissimi faciat scire. qd de⁹ scit oīa. Frequētissime vero videt loq sicut somniator. Et maxime circa finē libri uident ei verba deficere. sicut in ca. elheaffarim. qd interpretatur heretici. dicit de verbo ad verbū. sic. O blasphemū: nō a dozo qd adoratis. nec vos a dozatis qd adoro. Vob lex v̄ra: et mihi lex mea. S; oīs heretic⁹ pōt illud dicere. vt p̄cīdat materiā inq̄sitiōis ad veritatē. Nec recollo me vidisse nec iuenisse in toto libro vnū argumentū recta positiōe. et cōuenienti ordine. Ordo autē verborū ḡmaticaliter et rethorice ē ibi pulcherrim⁹. Nā fere tot⁹ liber tūulus et rithmic⁹ ē. Nā multū gloriānt sarraceni de tā pulchro et ornato modo loquēdi arabice. Et ex hoc arguunt: qd mahumet⁹ fuit vere propheta. quia per se nesciuit set loqui tā ornate homo penitus p̄diota. Sed sicut visū est superius in ca. iij. nō est consuetudo dei loqui mundo vel p̄phetis suis perversus et rithmos. Sic ergo patet. qd lex ista nō est a deo. que nullum ordinē continet: nisi ordinē gramaticale et rithmicū qui deo nō competit.

## ¶ Duodecimū capitulū osten

dit qd alchoranus est lex mala.



¶ Duodecimo cōsideradū est: qd lex ista nō est a deo: qd est mala. De⁹ enī est sūme bon⁹. Optimi autē ē: optima adducere scdm dionisiū. ¶ Qd autē lex alchorani sit mala: patet per ip̄s alchoranū. Dicit. n. i. c. elhabaf. et i. c.

elgen. qd interpretat demones. qd ipse alchoranus placet demonib⁹ et in eo delectant. Demones autē sunt mali et deprauati in voluntate. quib⁹ non placet nisi qd malū est. igitur alchoran⁹ ē mal⁹. Preterea. Alchoran⁹ est causa oīuz malozū. ut occisionis. rapine. periurij. et huiusmodi. Que quidē mala alchoran⁹ non solū permittit sed et mandat. ut superius patuit: et maxime occisionē. Nec est excusatio qd mandat qd occidant increduli et non fideles. Dicit enim sine dubio. qd fideles non deberēt occidere fidelē. ipsos autē infideles precipit occidi: nisi soluant tributū. Ergo soluere tributū ē integra causa: qd occidant uel nō occidant. Preterea. Sicut in alchorano in plurib⁹ locis dicit. nullum esse maius malū q̄ imponere deo mendaciū. alchoran⁹ autē deo imponit multa mendacia. etiā preter illa q̄ dicta sunt superius in nono capitulo. de falsitatib⁹ quas continet. q̄ oēs redundāt in deū. Si enim alchoranus est sermo dei (ut dicūt) possum⁹ ostēdere plurima alia. Nā in capi. elēfaal. qd interpretat lucra dicit qd lucra sunt dei et nūcij. Et qd dent deo qntā partē de his q̄ lucrant. Sed nūquid deus est ista malus: qd pmittat rapinam ut inde cōsequat partē suā. s. quintā partē. An est ita pauper de⁹. qd nō habet unde alat paupes suos. s. viduas. pupillos et pegrinos de quib⁹ ibi loquit: nisi pmittat rapinā: ut inde lucret. Lerte iam fecit mahumetus deū cōsortē sibi in malo: qd nō pōt cōsortē habere in bono. Preterea. Licet alchoran⁹: aliquādo phibeat rapinā. uel piuriū. uel quedā alia mala: tamē ipsa phibitio est quedā permissio. Dicit. n. Ne faciatis talia et talia mala quia deo nō placēt. sed si feceritis: ipse est misericors et miserator. et indulgebit vobis de facili. De rapina autē nihil vnq̄ mandat qd restituat: nec ip̄i talē cōsuetudinē hnt. sed sufficit sarraceno qd in fine dicat. Nō ē de⁹ nisi deus. et qd mahumet⁹ est nūcius dei. sic superius patuit in. v. capi. De piurio vero exp̄sse dicit in ca. elmeyde. qd interpretat mensa. Nō imputabit vob deus fraudationē iuramenti. sed in odationē ei⁹ q̄ dicat. Periuriū nō obligat ad culpā: sed ad penā. Et postea subdit. Pro trāsgressiōe autē



eius: decē miserorū cibatio. seu eorū dē vestitio. aut vnins cā  
ptiū redēptio. Qui autē hoc nō valet: trib<sup>9</sup> vicib<sup>9</sup> ieiunabit  
Ex istis sequunt<sup>r</sup> oīa mala. Nō ei timēt rape. v<sup>l</sup> fraudare. nec  
piurare. nec seruāt fidē. cū tamē xpīani teneāt q<sup>d</sup> fides seruā  
da est hosti z etiā in fideli. Habēt tamē sine dubio sarraceni  
q<sup>d</sup> dā genus iuramēti: q<sup>d</sup> nō defacili frangūt. s̄ quo postea  
videbit<sup>r</sup>. Ad hūmet<sup>9</sup> autē expresse dicit in capitu. elmetha  
enem. q<sup>d</sup> interpretat<sup>r</sup> vetatio. Q<sup>d</sup> deus dispensauerat cū eo  
q<sup>d</sup> nō seruaret q<sup>d</sup> licite iurauerat. s. q<sup>d</sup> nō accederet vltērius  
ad quādā iacobinā q<sup>d</sup> vocabat<sup>r</sup>. maria. z sic piurauit De qua  
dispensatiōe (ut dicit) testes sunt michael z gabriel. Est igit  
tur hec lex mala. ex qua sequunt<sup>r</sup> oīa mala. Est etiā mala. q<sup>d</sup>  
z tā magna mala z mendacia deo iponit. z p̄ter illa q<sup>d</sup> octā sūt  
alia multa imponit ei falsa z atua. Dicit. n. q<sup>d</sup> de<sup>9</sup> se excusat  
quare misit nūciū mahumetū hominē: z nō misit poti<sup>9</sup> ange  
los. Et ait. Q<sup>d</sup> deus dixit. q<sup>d</sup> misisset angelos: sed ipsi nō po  
terāt ire securi per mundū. Sed nūquid mahumet<sup>9</sup> ibat per  
mundū securior q̄ angel<sup>9</sup> i: q<sup>d</sup> si per angelos itelligit bonos  
z pacificos hoies: adhuc nō esset dubiū q<sup>d</sup> boni z pacifici ho  
mines securius vadūt p mundū quā malī. Inducit etiā deū  
frequēter loquentē z dicētē. q<sup>d</sup> ipse nō creauit mundū pro lu  
do. Sed q<sup>d</sup> fatu<sup>9</sup> deo iponebat. q<sup>d</sup> ipse trufatiue creasset mū  
dū. Itē q<sup>d</sup> mahumet<sup>9</sup> erat hō carnalissim<sup>9</sup> z frequētissime in  
tendebat opi luxurie. In capi. elmir el hacab. inducit deū lo  
quentē. q<sup>d</sup> nō intrēt domū nisi inuitati z vocati: z nisi p strepi  
tū de foris. Et sequit<sup>r</sup> quasi ex ore dei. Et cū intraueritis et  
comederitis: exite z nollite stare ad dicendū historias: quia  
molestū est pphē. z verecūdat<sup>r</sup> dicere: sed de<sup>9</sup> nō verecūdat<sup>r</sup>  
dicere veritatē. Et breuiter qcqd voluit facere vel q<sup>d</sup> fieret  
ei: totū imposuit deo. q<sup>d</sup> mandabat q<sup>d</sup> ita fieret. Et ex hoc se  
cuta sunt oīa mala quasi ex actoritate legis. s. q<sup>d</sup> occideret.  
q<sup>d</sup> raperet. q<sup>d</sup> adulteraret cū vxore zeith. q<sup>d</sup> incestū cōmitte  
ret cū maria iacobina. q<sup>d</sup> piuraret. nec fuaret fidē in pmissis  
Est igit<sup>r</sup> h lex mala: q<sup>d</sup> diabolo (q<sup>d</sup> mal<sup>9</sup> ē) placet. z q<sup>d</sup> ad ma  
la iducit. q̄ nō est a deo q<sup>d</sup> ē sūme bon<sup>9</sup> z a quo nō ē nisi bonū.

## Capitu. xiiij. i quo ostēditur institutio alchorani. z quis fuit actor z inuentor illius.



